est in festo penthecostes, quaprop-
ter cives ibidem votum fecerunt
beate virgini, si ipsius interventu ab
hostibus liberarentur, quod vellent
ei edificare capellam infra muros
gloriosam, beata autem maria pre-
ces ipsorum exaudiens hostes fuga-
vit. Unde subito pro magistro dicte
capelle edificande miserunt dau-
dalile opus incipiendo, cuius ca-
pelle angulare ultimum cum capella
foret edificata nonaginta quinque
annis, anno domini mccc xl III in die
sancti oswaldi perficiebatur, et ange-
lus deauratus ibi superponebatur.
Mortuo h. lantgravio wilhelmus,
comes hollandie, contra fridricum
eligitur anno domini mccxlvIII qui
in anno tertio a frisonibus est occi-
sus. Et sic neuter illorum fridrico prevaluit.
Mccl fridricus mortuus est. Sub
quo civitates rütlingen, esslingen,
hailprunn et plures alie sunt edi-
ficate et imperio subiecte. Quibus
civitatibus ipse fridricus, h. et con-
radus reges, felici sui, tamquam
benigni patres et fundatores dignita-
tem multam contulerunt. Mcclicon-
radus rex sueviam liquit et trans
mare vadit